

Friderici filius, qui non solum patris beneficium in Alsatia habuit, sed et Depoldi marchionis beneficium tenuit. Dux etiam Fridericus filius Chunradi regis septem principum beneficia de hoc Fuldensi obtinuit monasterio. Marchio Adelbertus non solum suum, sed et aliorum principum obtinuit beneficia. Otto marchio in Orientali Saxonia. Ludewigus landegravius plus omnibus habet in beneficiis. Palatini duo, unus de Reno, alter de Danubio. Rapoto comes. Perhtolfi comitis filius de Hennenberc. Ludewicus comes de Rinegge. Ludewicus comes de Lara. Gerhardus comes de Nuringes. Gerhardus comes de Wertheim. Gotefridus comes et advocatus ecclesie et filii eius et filius fratris eius Rufus comes. Perhtoldus comes de Nitehe et alii liberi. Herimannus comes de Bramberch. Willihelmus comes. Emicho comes de Liningen. Erwin comes de Turingia. Syzo comes. Gotefridus comes urbis de Nurenberc. Giso comes. Marquardus de Grumbach. Henricus de Stechelenberc. Giso de Iazzaha. Wernherus, Boppo et Goteboldus de Irmenolteshusen. Wicger de Warperch. Ludewigus de Frankenstein. Adelbertus et Fridericus de Truhentingen. Wicger de Rodehusen et frater eius Burchardus de Leimbach.

15

350.

Bischof Udo von Naumburg weist das beinahe gänzlich verödete Kloster Riesa, mit Kirche in Gröba und Zubehör, an das Kloster Bosau. — Zeugen: Graf Dedo und Markgraf Otto.

Naumburg, 1168 März 19.

Hdschr.: Chart. Bosav. (Saec. XIV.) S. 13. Kgl. Bibliothek Dresden.

20 *Gedr.: Schöttgen und Kreysig SS. 2,428.*

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Vto divina favente clemencia sancte Nuenburgensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum benedictionem a domino et misericordiam a deo salutari suo. Quoniam in ecclesia dei boni pastoris vicem agimus, officii nostri debitum expostulat, ut, dum super custodiam dominici ovilis die ac nocte stamus, que utilia et racionabili in domo domini consideramus, ea paterna karitate et pietate diligamus, tueamur et promoveamus, si qua vero inutilia et racione carentia animadverterimus, sapienti et discreta provisione corrigamus vel certe removeamus. Eapropter presentis pagine memoria innotescat omnium Christi fidelium tam presentium universitati quam futurorum posteritati, qualiter ego intuitu divine remuneracionis pro eterna mei meorumque memoria locum quendam Riezowe dictum, in pago Dalaminza et Misnensi episcopio, in fundo autem ecclesie Nuenburgensis situm, divinis officiis a venerabili Tiderico iam dicte Nuenburgensis ecclesie episcopo mancipatum, sed quorundam negligentia pene desolatum beate Marie perpetue virgini et beato Iohanni baptiste sanctoque Iohanni ewangeliste in Buzowe perpetua tradicionem delegavimus, et ecclesiam in Groben cum reliquis villis et omnibus terminis earumque attinentiis cellule in Riezowe pertinentibus Buzaugensi cenobio, venerabili et dilecto fratri nostro Azzoni abbati et fratrum ipsius provisioni et tuicioni contulerim, ea videlicet racione, ut inibi omnipotenti deo secundum regulam beati Benedicti a Buzauiensis cenobii fratribus perhenniter serviatur, et iugis et sollempnis nostri memoria